

ex Moralibus refert P. Henao tom. 2. de sacrif. Miffa, disp. 23. sect. 3. Murga tom. 1. diquis. rati. 2. diquis. 11.

<sup>3</sup> Sed in hac afectionem ita post dubitandi ratione infurgit: Ea, quae ratione ordinis competet, sicut ea, quae ratione iudiciali exercetur, delegari, & aliis mandari possunt, ut probatur ex cap. suffraganei 10. de elec. ubi Archiepiscopus consecrationem Episcopi suffraganei aliis suffraganeis valide & licite committit: & similiter Episcopus consecrationem penitentium, quibus ipse penitentiam inuixit, simplici presbytero committere valet, cap. presbyter, cap. Aurelius 26. qu. 6. Igitur etiam Ecclesiae consecratio, seu reconciliatio simplici presbytero mandari valet. Augetur hac difficultas ex cap. alianza 32. de consecrat. distinct. 1. ubi in Concilio Agathensi ita cavetur: „ Altaria placent non solum unctioe chrismatis, sed etiam sacerdotali benedictione sacrari. “ Igitur quia simplex sacerdos potest Ecclesiam consecrare. Tandem si ratio adducta a Gregorio in illis verbis, „ Quae ordinis tamen Episcopalis sunt, non potest inferioris ordinis & gradus clericis demandare, vera est, sequeretur Romanum Pontificem non posse consecrationem Ecclesiae, seu eius reconciliacionem simplici presbytero committere, cum verum sit, Pontificem posse eam facultatem simplici sacerdoti delegare, ut probatur Delbene tom. 1. de immunit. Eccles. cap. 2. dub. 2. sect. 10. n. 4. Barbosa lib. 1. juris Eccles. cap. 8. n. 5. Illustrat. Ramos ad Alexand. VII. pro Episcop. Lusitan. princip. ut. §. 4. n. 25. in fine. Igitur haec ratio a Gregorio adducta defendi valet.

<sup>4</sup> Adhuc tamen ut verissima, & juris principii consona defendenda est praesens afectionio: nam inter alia munia praecipua, peculiarique Episcoporum referuntur consecratio Ecclesiae, & eius reconciliatio, ita ut Episcopus tantum possit ordinarius minister Ecclesiam consecrare, aut eam violenter reconciliare, cap. nemo, cap. hic 14. de consecr. distinct. 1. cap. proprius 4. hoc tit. cap. constitutus, de relig. dem. probant DD. quia relati: nam & apud Ethnicos Pontificii juris fuisse dedicationem templorum, late ex variis probat Gutherus lib. 3. de veteri iure Pontif. cap. 11. 12. & 13. Sane Aurelianus agens de Palmirensi: „ Ego ad Senatum ( inquit ) scribam, petens ut mittat Pontificem qui dedecet templum. “ Aliud exemplum habet Livius lib. 9. Cam de aedis concordiae dedicatione agit: & aliud Tacitus lib. 4. agens de Plautio Aeliano Pontifice. Meminit huius modis Justinianus novell. 13. cap. 7. & novella 67. cap. 1. Sed ut ad nostram veram religionem redeamus, quia Chorepiscopi, de quibus est in cap. quanto, de consecr. qui erant in pagis, & villis, intendebant, saltem summa exigente necessitate, Ecclesias consecrare, expresse sacri canones id illis prohibuerunt in

Concilio Barcinon. sub Recaredo can. 2. Parisensi sub Gregorio IV. can. 27. Meldensi sub Sergio II. can. 44. Metensi sub Arnulpho can. 5. & in epistola Montani post Concilium Toletan. 2. & in Capituli Caroli & Ludovici lib. 1. cap. 19. & lib. 2. cap. 168. & lib. 3. cap. 283. & lib. 7. cap. 187. 310. 318. & 328. & ex epistola 86. Leonis Magni; signanterque adjectum fuit in dicto. cap. nemo, cap. 14. de consecr. dist. 1. Ecclesiam esse dicendam, & consecrandam ab Episcopo civitatis, ut excluderet Chorepiscopi, & alii in pagis, & villis degentes; imo olim tantum Summum Pontificem concessisse facultatem consecrandi Ecclesias, constat ex cap. perliciti, 25. distinct. cap. nemo, cap. nullus, cap. Ecclesiarum, de consecr. dist. 1. & refert Baronius anno 591. Presbyteri ergo non possunt Ecclesias consecrare, aut reconciliare ratione proprii ordinis, & officii, nec etiam ratione delegationis, quae licet Episc. possit committere, & delegare quae sunt jurisdictionis, Morla in imper. rit. de juris. n. 33. non tamen ea, quae sunt ordinis, ut est reconciliatio Ecclesiae consecratae; atque ita recte ex hoc texto deducunt communiter DD. Episcopum non posse committere simplici presbytero ea, quae sunt ordinis.

<sup>5</sup> Nec obstat dubitandi ratio supra adducta; nam in d. c. suffraganei, delegatio facta fiti persona, quae alias Episcopum consecrare poterat ratione proprii ordinis; non autem simplici presbytero, quae sunt ordinis Episcopalis; sed Episcopo quae sunt ipsius ordinis, ut docuit Iul. Pacius cent. 10. q. 55. Nec obstat textus in d. c. altaria; nam ibi per benedictionem sacerdotalem non est intelligenda benedictio simplex presbyteri, sed Episcopi, qui etiam sacerdos dicitur; textus in c. Episcopi vero, §. sacerdotali modo, 11. q. 3. qui canon est Concilii ipsius Agathensis: ac textus in d. c. altaria. Nec obstat augmentum istius difficultatis, cui respondendum est, in presbytero esse quidem consecrationem, & licet ea remota sit, sufficit tamen, ut illi tanquam persona consecratae possit per Romanum Pontif. committi Ecclesiae consecratio, nec datur delegacionem factam fuisse persona consecratae; ut docet Basilus Legio. de Confirmationibus c. 3. n. 10. In praesenti autem textu non Pontifex, sed Episcopus erat, qui delegabat simplici presbytero consecrationem, aut reconciliacionem Ecclesiae, cum Episcopo ea, quae sunt ordinis, non possint alii committere, c. quantumvis, 78. dist. Quare in praesenti textu necessaria fuit tolerantia ipsius Pontificis, quia ipse non vero Episcopus, potest delegare Ecclesiae consecrationem. Abbates similiter jus mitra, & baculi habentes, possunt reconciliare proprias Ecclesias aqua per ipsos benedicta, ut pluribus relatis probat Murga tom. 1. dissertationum moral. tract. 1. disquisitione 5.

### CAPUT X.

Idem eadem.

SI Ecclesia non consecrata, cujuscumque semine fuerit, aut sanguinis effusione polluta, aqua protinus exorcizata lavetur, ne divinae laudis organa suspendantur. Est tamen, quamvis fieri poterit, consecranda.

### NOTAE.

<sup>1</sup> Idem. Gregorius videlicet IX. eadem Episcopo Astoricensi.

### COMMENTARIUM.

<sup>2</sup> UT Ecclesia violetur, polluturque, necessarium non est; ut sic consecrata, aut benedicta; sed tantum destinata, & deputata ab Episcopo ad publicam Missarum celebrationem, ut docuerunt Azor tom. 3. inst. mor. lib. 3. cap. 31. q. 4.

P. Henao tom. 2. de sacrif. Miffa, disp. 13. sect. 3. n. 27. Barbosa lib. 2. de iure Eccles. cap. 4. n. 22. Unde in praesenti textu iudicatur a Greg. IX. ut Ecclesia consecrata violata, prius reconcilietur, & postea consecratur; & eo casu potest Ecclesia reconciliari per simplicem presbyterum, quia adhuc non fuerat consecrata. Marthe de juris. p. 2. c. 17. n. 4. ut hodie etiam Ecclesiae, quae tantum sunt benedictae, per presbyterum reconciliantur. De privilegiis autem regularium circa consecrationem Ecclesiarum, & earum reconciliacionem, late agunt P. Henao ubi supra, & Egidius Vossius tom. 1. oper. mor. tit. 6. per totum. Murga laudatus proximo commentario.

## TITULUS XLI.

#### De celebratione Missarum, & Sacramento Eucharistiae, & Divinis Officiis.

### CAPUT PRIMUM.

Ex Concilio a Agathensi.

<sup>1</sup> Presbyter b mane matutinali officio expleto, e pensum servitutis suae, videlicet Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, Vesperamque perfolvat; a ita tamen, ut horis competentibus e iuxta possibilitatem, aut a se, aut ab scholaribus f publice compleantur. Deinde peractis horis, & infirmis visitatis, si voluerit, exeat ad opus rurale g jejunus, h ut iterum necessitatibus peregrinorum, i & hospium, five diversorum commentantur, infirmorum, atque defunctorum succurrere possit usque ad statutam h horam pro temporis qualitate, Propheta dicente: Septies in die laudem dixi tibi: Qui septenarius l numerus a nobis impletur, i Matutino, Prime, Tertiae, Sextae, Nonae, Vesperae, & Completorii tempore nostrae servitutis im perfolvamus; nam de nocturnis vigiliis idem ipse Propheta ait: Media nocte surgebam, &c. Ergo his temporibus laudes Creatori nostro super iudicia suae iustitiae referamus.

### NOTAE.

<sup>1</sup> A Agathensi. Ita etiam legitur in collecta sub hoc tit. de suffrag. c. 1. at vero apud Carotenensem p. 6. Decret. c. 181. Burchardum c. 2. Dioceti, c. 182. Gratianum in c. presbyter 25. dist. habetur, ex Gouss. Nannei. cano 60. & ex eo citat texum hunc Filiclaus de origin. paroc. c. 6. Sed cum tantum canonus 27. illius Conc. editi fuit, latendum est, canonem hunc non reperiri in eo Concilio, nec in Agathensi: ab illis autem verbis, sepius numerus, deductus est textus hic ex regula D. Benedicti, cap. 16. ibi: „ Ut ait Propheta, Septies in die laudem dixi tibi: qui sepienarius numerus sacratus a nobis sic impletur, si matutino, Prime, Tertiae, Sextae, Nonae, Vesperae, completorieque tempore nostrae servitutis officia perfolvamus, quia de his diurnis horis dicit Propheta: Media nocte surgebam ad confitemdum tibi. “

<sup>2</sup> Presbyter. Presbyterum in praesenti recte accipit pro parochio Filiclaus de orig. paroc. c. 6. fol. 62. & inde probat veterem Ecclesiam Gallicane morem recitandi horas canonicas etiam in Ecclesiis parochialibus.

<sup>3</sup> Penitentium. Constan. Carotenensis epist. 19. ibi: „ Raro etiam canonicum pensum determinatis horis solvere non valeamus. “ Quod autem hic PP. postquam vocant, piscificatores curiam appellabant. S. Macharius c. 9. super regula, ibi: „ Curiam monasterii super opera diligas. “ Fortunat. epigram. 40. Carmine Davidico divina formata pangens: Cursibus assiduus dulce revelavit opus.

<sup>4</sup> Sanctus Bonifacius epist. 17. v. Vigibetur, presbyter, & Mengingordas Diaconus regalem vestram vobis infuante. specialiter horas; & cursum Ecclesiae custodiunt. “ Bandomina in vita sanctae Radegundis lib. 2. cap. 18. ibi: „ Stabat quandoque nocte ante cellulam suam, corde, & ore cursum decantans. “ Observavit Jureus in notis ad dist. epist. 19. innotuit, & hujus vocis etymologiam late illustravit Haphtenas lib. 7. disquisit. monast. tract. 2. disquisit. 11.

<sup>5</sup> d. Peshvlar. Unde cognoscitur vetus More Ecclesie recitandi horas canonicas, & primarias processa ante Missae sacrificium: quod etiam innotuit Odo Parisiensis Episcopus in synodico constit. cap. 5. dum innotuit rem divinam procurare vetat prius quam divini officii horarias laudes, quae matutinae, & primae dicuntur, rite perfolvent. Nulli, inquit, clerico permittitur servire altari male orato, & nisi in superpellico, aut cappa clausa. Nullus ibi in die Missa audeat celebrare, aut cum duplici introitu, nisi in magna necessitate. Nullus autem Matutinas dixit canonicas, & Primam, praesumat aliqua necessitate celebrare Missam. Imo & hodie lethali ter peccare eos, qui non recitato matutinali officio Missae sacrificium celebrant, docuerunt nonnulli quos relet, & sequitur Francollinus de horis Canonicis c. 16. nu. 28. Sed haec sententia communiter ab omnibus Moralibus rejicitur. De Horis Canonicis agunt Casal. de viribus Eccl. c. 45. Torre in 2. d. Tit. q. 83. art. 17.

<sup>6</sup> Horis canonicis. Et sup. insignitibus, legitur apud Burchardum, & Carotenensem, iuxta morem antiquum Ecclesiae convocandi clericos, vel monachos ad sonum campanae debitis horis perfolvendis: quem illustrabimus in cap. Joannes de homicidio.

<sup>7</sup> Scholaribus. Scholaris non uno, eodemque modo accipi solet in utroque iure, & apud bonos natos auctores, ut videtur ex eo concelto, & adductis a Brouzio in Martyro, dia. de Februario: Accuna in c. Olym, n. 2. 61. dist. Valerio in notis ad Amman. Martini fol. 39. & 33. lib. 4. Joanne Vossio lib. 3. de viris sctis. cap. 47. Gibalino de class. regali. disp. 1. cap. 2. §. 11. & cap. 9. §. 1. Rofveidno in comment. verbo Scholaribus Grotihero ad cap. 1. Codini, Marcel. Donat. ad Amman. Martini cap. 76. nemo, 6. obfcuris eccles. Cresolio lib. 3. mythag. cap. 27. Riteriherio ad Soterianum fol. 3. In praesenti autem accipiuntur scholares pro placuitis, qui erant in schola cantorum ad psallendum in Ecclesia. de qua schola plura adduxerunt Girouinus ad rit. de off. Primicerii, Platina de curbis obfcuris, Carlo Primicerius, Menardus in not. ad Sacram. D. Gregorii fol. 63. Filetaeus in cap. 15. §. 2. de offic. Ordini. Parochi enim olim tenebantur secum habere clericos juniores ad sibi ministrandum, & ut illis absentibus horas canonicas publice in Ecclesia recitarent, Concil. Valense 1. can. 20. ibi: „ Hoc enim placuit, ut omnes presbyteri, qui sunt in parochiis constituti, secundum consuetudinem, quam per totam Italiam fatis salubriter teneri cogovimus, juniores lectores quantocumque sine uxore haberint, secum in domo, ubi ipsi habitare videntur, recipient, & eos quomodo boni Patres spiritaliter nutrent, palmos parate, divinis lectionibus iustitiae, & in lege Domini erudire contendant. “ De quibus agunt Souchetus ad epist. 285. Vener. Bolquetus ad Innocent. III. lib. 2. epist. 136. & nonnulla adduxi supra in d. c. ut quisquis.

<sup>8</sup> Rurales. Artificiosum honestum vicium quarendo, non tantum non prohibuit, verum & quandoque imperatum, prescriptumque clericis laicis, c. c. clericum 3. c. dicitur 491. dist. cap. 8. & 14. de homicid. Gregor. Turon. in vitis PP. cap. 8. de sancto Niceto Episcopo ait: „ Pano clericus in domo paterna residens, cum reliquis famulis manu propria laborat. “ D. Gregor. lib. 1. dist. c. 12. Riculphus Episcopus Suffoni. in sua constitucione, quae extat tom. 14. Concil. cano. 16. ibi: „ Monemus praeterea, ut presbyteri sic ruralibus, idest terrestribus, & ceteris occupationibus inserviant, quatenus divinam officium non negligant, & scholares suos modeste distringant, caste nutrent. Concil. Colon. anno 1536. can. 30. Quibus non suppedit ex D. D. Gonzalez in Decretal. Tom. III.

sacerdotio, honesto artificioso vicium quarendo secuti D. Pauli exemplam. “ Quod & jam proposuerunt PP. Synodi Nicenae, cano. 15. Epiphanius heresi. 80. idem fecit suo tempore sacerdotibus solitos esse propriis manibus operari. Exemplis Apostolorum, & aliorum Sanctorum illustrant, ac commendant Lansimeter. lib. 2. de veteri cler. p. 1. cap. 51. & p. 2. cap. 6. Baronius ano. 57. & 358. Espenceus ad D. Paulum lib. 2. dist. 6. cap. 6. Robertus lib. 2. rer. jud. cap. 3. P. Greg. lib. 2. p. 111. q. cap. 9. Fragulo de regim. Christi. Reip. p. 2. lib. 10. dist. 13. & iam notavi in cano. 19. Concilii illius. Menardus ad concil. regum. c. 53. §. 1. factum textus in c. 8. & 14. de homicid. h. Junius. ) Videlicet ut ita possit iterum Missa sacrificium celebrare, ut sic subveniat necessitatibus peregrinorum, & commendantium, qui illud audire possunt, item infirmorum, ut illis per modum vicarii communionem praestare possit; tandem & subveniat delictis, ut cum Missa sacrificio peccati possit: & ita de hac subventionem per iterum sacrificium Missae textum hunc accipiant Antonius Ruvius in assert. cathol. contra Eram. lib. 5. error. 9. Margallus in exposit. hinc ritali. Speculum conscientiae ritali. 3. c. 13. §. 9. quos relet, & sequitur P. Henao tom. 1. de sacrif. Miffa, disp. 22. sect. 2. idque important illa, quae sequuntur: Ut iterum, &c. quae innotuit, presbyterum, de quo in praesenti, antequam ad opus rurale exiret, Missa sacrificium celebrare, eumque debere manere jejunum, ut iterum celebrando possit subvenire praedictis fidelibus, juxta ea, quae infra dicemus in cap. ex parte.

<sup>9</sup> Peregrinorum, hospium, five diversorum commendantium. Olim enim adventibus fidelibus communionis gratia eis Eucharistiam fuisse participatam, probant Joannes Paris de Eucharistia, c. 18. Claudius Espenceus, de adorat. Eucharistiae, lib. 2. c. 4. per tot. Unde ut presbyter possit ipsorum Dominum administrare, jubetur in praesenti canone, ut si voluerit, exeat ad opus rurale jejunus, quia olim non solum ad celebrandum Missae sacrificium, verum, & ad ministrandum Eucharistiam jejuniis naturale in ministro desiderabatur.

<sup>10</sup> Deserventium. Inter alias Ecclesiae proces tempore sepulture fidelium jam a primis Ecclesiae saeculis usque ad nostras receptas, & usitatas, praecipua fuit Missae celebratio, ita ut absque Missae sacrificio fas non esset cadavera Christianorum sepulture tradere. D. Augustinus lib. 2. confess. cap. 12. ubi dum de furete matris suae sanctae Monicae agit, ita ait: „ Cum corpus elatum est, imus, & redimus sine lacrimis. nam nec in eis precibus, quas fundimus cum offerretur pro ea sacrificium pretii nostri, juxta sepulcrum posito cadavere, priusquam deponeretur, sicut illic fieri solet, nec in aliis precibus ego flevi, sed toto die graviter in oculo maerui eram. Passimus in obitu ipsius Augustini: Nobis additibus, & videntibus, ac cum eo pariter orantibus, obdormivi in pace, & nobis coram positus, pro ejus commendanda corporis dispositione sacrificium Deo oblatum est, & sepultus est. “ Fortunatus de obitu sancti Medardi, apud Sarium die 8. Junii: Corpore sancto composito, & delato ad Ecclesiam, nocte illi exequialium cum multa devotione celebraverunt vigiliam; mane vero facto, cum Episcopi, quibus interesse conigerat, suum defuncto celebrarent officium, &c. Perventum est tandem ad sepulcrum: Episcopi cum Abbatibus, peractis prius quae Dei erant, sanctissimum illud corpus terrae decemissime commendavit. “ Et Paulinus recitans sepulcrum Sancti Ambrosii, necnon S. Bernardus in vita Sancti Malae, c. 13. Gregorius Turon. in obitu sancti Galli Episcopi, qui post obitum delatus in Ecclesiam, donec comprovociales ad eum sepelendum convenirent, jactat ibi per triduum assidue ipso aditante psallentis cum magna frequentia populi: Episcopus autem quartam die adventibus, cum de Ecclesia levaverunt, & portantes in Sancti Laurentii Basilicam, ibi sepeliverunt. Et de Luppicino Recluso, qui psallentium turmis cum crucibus, cereis, atque odore fragrantis thymiamatis ad locum sepulture deductus, celebratis Missis, cum summo honore, gaudiisque sepultus est. Itemque de Palladio Arverno, qui cum se propriis manibus interemisisset, sepultura mandatur, sed non iuxta Christianorum cadavera positus, nec Missarum solemnitas meruit. Quin imo, nec absque sacrificio fas fuisse sepulcrum operire, dicitur docet in transitu S. Radegundis Reginae idem Gregorius Turonensis de gloria Confessor. cap. 106. Facit Concil. Valentini. Hispan. can. 4. ibi: „ Ut Episcopus, qui post mortem fratris ( hoc est alterius Episcopi ) ad eum sepelendum solet invitatus accurrere, infirmum magis, & adhuc in corpore positum visitet, ut aut de revelatione confederatus gaudeat, aut recedente a saeculo post obitum in ejus commendatione sacrificium Deo, mox sepulture tradat. “ Dilligens Victor Uticensis lib. 2. de presb. Proland. ubi populos catholicos in ea persecutione positos in caelum sacerdotibus sic lamentantes describit: „ Quibus nos miseris relinquimus? Qui baptizati sunt parvulos fontibus atque perennis? Qui probris penitentiae manus collatari fuerit? Qui probris divitiis obstrictos, peccatorum vinculis soluturi? Qui nos solemnibus orationibus sepulcrum suum morientes? A quibus vicini sacrificii ritus exhibendus est confertus? Illastrant Vicomes voluim. 3. de ritibus Missae, lib. 4. cap. 7. Spondanus de consuetis suis, p. 3. lib. 1. cap. 16. Unde ut defunctorum etiam necessitatibus presbyter subvenire possit, in praesenti docetur, ut jejunus exeat ad opus rurale; alias enim si post prandium fidelis sepelendus erat, tantum cum precibus, & orationibus tumulabatur. Concil. Carthas. 3. cano. 19. ibi: „ Ut sacramenta altaris non nisi a se. “

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.M.E.











pus, quando una teneretur, & alia omnes cessarent constituitur, hoc omnibus notum esse volumus, quoniam ut absque ulla excusatione cito possit emendari, ipsam usque ad Missam S. Martini dare decrevimus. Et c. 20. ubi: Ut ubi pontes antiquitus fuerunt, & in his locis, ubi tempore gentioris nostri, ipso iubente, diversarum necessitatum causa facti, omnino absque ulla dilatione ab his, qui eos tunc fecerunt, restituantur, & renoventur, ita ut ad Missam S. Andree renovari fiant. Et quia precipue hoc sacrificium die Dominico offeritur, Dominicum appellatur in auctoritibus congeitis a Cerdia in notis ad Terentium ad hunc modum: Bovio tom. 1. Rom. Subter. lib. 1. c. 31. Nonnunquam etiam accipitur pro mercato, ut probat Viacom. lib. 1. de Missarum, c. 1. ponitur pro divino officio in Conc. Valentino, can. 1. pro ipsi precibus, & collectis in Conc. Milev. can. 12. pro re divina in auctoritatibus congeitis a Savarone ad Sidonium, lib. 5. ep. 17. Sed frequentius sumitur, ut hodie vulgo, pro ipso sacrificio. Quae acceptio primis Ecclesie temporibus cepit, si quidem D. Clemens ep. 3. ait: In illis locis sacrificia, & Missas celebrare non licet, &c. Nec ita hoc sacrificium dictum est ab Hebraico verbo Missar, ut voluit post alios Coriolanus in breviario, anno 34, quam sententiam doctus refellit Viacom. d. lib. 1. c. 4. sed a dimissione, quia olim caeterum ante consecrationem mittebantur, quasi eorum Missa finita, ut hodie in fine dimittitur populus per Diaconum. D. Idor. lib. 6. orig. c. 16. libi: Missa tempore sacrificii est, quando catechumeni foras mittuntur, clamante Levita: Si quis catechumenus remansit exas ferat. Et etiam Diaconus clamabat, qui non communicat, sed locum: probat Haphtenus in vita S. Benedicti, c. 13. Et ita fuit, ut nomen Missa, quod denotabat sacrificium finem, pro ipso sacrificio acciperetur. Conc. Carthagin. can. 84. Rabanus Maurus de instit. cler. c. 32. Illustrat Gothofredus in l. 3. c. 2. Theodol. de proximis Comitibus, Menardus ad concord. regul. c. 28. §. 7. Bravo in not. ad reg. S. Benedicti, c. 17. Landmet. lib. 2. de veteri rom. c. 78. Beyelich verbo Missa, tom. 7. Darts ad dist. 1. de consecrat. Theophilus tom. 6. in Acharif. §. 3. fol. 487. Conradus Kling. lib. 4. loc. commun. c. 72. Martinez a Prado de Eucharist. §. 83. dab. 2. §. 1. Covar. lib. 4. var. c. 22. ubi Ufclius, Loyola in cau. 1. Conc. Tolet. 16. Baronius anno 34. d. 59. Viacom. ubi supra, c. 4. §. 5. Joan. Scorcia, Antonius Monchicenus, & Gaspar Casilius de sacrif. Missa, plures congeit a P. Henao col. 174. disp. 1. §. 1. n. 4.

Secundo sciendum est, Missam debere cum horarii divini officii laudibus, de quibus egi proximo commentario, convenire, ideoque pro varietate dierum jam olim diversas fuisse prescriptas Missas legimus, ita ut Missas unius diei diversa esset a Missa alterius. Pelagius Pontif. III. ep. ult. libi: Sacrum ordinem Romanum, sacraque constituta nostrorum antecessorum solerter relegentes, invenimus has novas prescriptas in sacro catalogo tantummodo recipiendas, quas longa retro veritas in Romana Ecclesia habentis servavit. Ubi notanda sunt illa verba, longa retro veritas, quae hanc consuetudinem diversarum Missarum multo alius quam Plagii sitat exas, rependam esse demonstrant. Vigilius Pontifex ep. 1. c. 5. inquit: Ordinem precum in celebritate Missarum nullo non tempore, nulla festivitate significamus habere diversum, sed semper eodem tenere oblata Deo munera consecrare. Quoties vero Paschalis, aut Ascensionis Domini, vel Pentecostes, & Epiphania, Sandorumque Dei fuerit agenda festivitas, singula capitula diebus apta subiungimus, quibus commemorationem sanctam solemnitatibus, aut eorum faciamus, quorum natalitia celebramus. Probat Viacom. lib. 3. de Missarum, c. 2. Unde non solum antiquae diei Dominico propria Missa prescripta fuit, ut probat Viacom. d. lib. 3. de Missarum, c. 3. verum etiam diebus feriarum peculiare Missas prescriptas fuisse constat ex Vualfrido Strab. de reb. Eccl. c. 20. ubi ita ait: Alii enim Dominico vel omni Sabbato apud Orientem, & Hispaniam Missas faciunt commemorationem passionis Domini, anni Ispiriana, si facerent, suppetere credebat, &c. Ex Pelagio supra relato, & ex eo, quia D. Hier. plurimis in locis sui comitis, seu lectionarii epi rei meminit; nam cum sibi proposuisset Lectiones, & Evangelia, quae quotidie anno vertente recitanda essent, & nobis aperire, diversa utique singularum hebdomadarum quartae, & sextae feriae assignat: quod argumento est, eorumdem feriarum proprias Missas fuisse. Probat Viacom. d. lib. 3. c. 11. diebus etiam quadragesimalibus peculiarem Missam fuisse statutam, constat ex Pelagio supra relato, & ex Concilio Matificonensi, can. 9. ubi: Ut a feria S. Martini usque ad natalem Domini, secunda, quarta, & sexta Sabbati jejunentur, & sacrificia quadragesimalia debeant ordine celebrari. Et Rupertus Abbas de divinis officii lib. 4. cui titulum affixit de Evangelis, & Epistolis feriarum Quadragesimae, in quibus sibi concordant, c. 14. & sequentibus agit de omnibus feriis Quadragesimae usque ad Dominicam 5. Etiam Adventus tempore peculiare Missas fuisse prescriptas, probat Viacom. d. lib. 3. c. 14. per totum.

His praemissis de Missis diebus Dominicis, & feriis hebdomadae assignatis, deveniamus ad eas, quae festivitatibus Sandorum, seu eorum natalitis celebrandis praescribe sunt. Et in eorum anniversaria die propriae ejusque sancti Missam celebrari, constat ex D. Cypriano ep. 34. ad Clerum, & Nibem, qui dum Cellerinam, atque Laurentium laudat, quod martyri palmam illustri triumpho promoverint, haec inquit: Sacrificia pro eis semper, ut meminimus, offerimus quoties Martyrum passionibus, & dies anniversaria commemoratione celebramus. Quae quia satis aperte rem, quam agimus, ostendunt, in eorum explanatione nequaquam immorabor. Item ep. 37. ad Cler. mentionem faciens sacrarum tabularum, quibus consignabantur dies, ac

nomina eorum, qui ob Christi testimonium colliso capite videlicet occubissent, ita scribit: Terullus fidelissimus, & devotissimus frater noster, per cetera sollicitudines, & curam suam, quam fratribus in obsequium operationis impertit, scripserit, & scribat, ac significet mihi dies, quibus in carcere beati fratres nostri ad immortalitatem gloriae mortis exitu transeunt, ut celebrantur hic a nobis oblationes, & sacrificia ob commemorationes eorum, quae cito vobiscum Domino properantes celebrabimus. Quo testimonio nihil clarius, illustrative asseri potest arbitror, cum ritus ille sanctis litandi, veluti penicillo expressus fuerit. Et S. Aug. lib. 8. de Civ. Dei, c. 26. cum probare instituit celestia sacrificia, quae Sanctos colendi gratia quotidie in Ecclesiis celebrantur, non Sanctis ipsis, verum Deo offerunt, in hunc modum loquitur: Quis audivit aliquando fidelium, flantem sacerdotem ad altare, etiam super sanctum corpus Martyris ad Dei honorem, tumque constructum, dicere in precibus: Offero tibi sacrificium Petre, vel Pauli, vel Cypriane; cum apud eorum memorias offeratur Deo, qui eos, & Martyres, & homines fecit? Quae verba, vel praesentem dispositionem stabiliunt, vel nefcio qui stabilienda fatis sit. Multaque alia, tum ipse Augustinus, tum alii scriptores testimonio faggerunt, quae quod in re perspicua verter, a me omittuntur. Non patriar tamen silentio preteriri (quod ad hanc quaestionem illustrandam pertinet) ipsas Missas de Sanctis anniversaria die celebrari solitas esse. Cujus probationem duco ex illis Terulliani verbis supra citatis, annua die: & Cypriani, anniversaria commemoratione. Nec deficiam admoerere, pervetus est fuerit Missarum de Sanctis in Ecclesia consuetudo; tamen quadragesima diebus penitentie diebus olim generis nullam concessisse proficos religionis Christianae cultores. Quae de re, ne dubitandi locus subist, maximo est argumento, quod Conc. Laodicensis c. 52. legitimus, ubi praecipitur, ne quis eo tempore nuptias, vel martyrum natalitia celebrare audeat; illius quippe haec sunt verba: Quod non oportet in quadragesima nuptias, vel natalitia celebrare. Dicuntur vero natalitia, dies Sandorum religioni consecrati, quod illi ex angulo arduissima vita curriculo in illa aeternitatis immensa spatia educti, jucunde, ac beate vivant cum Christo. Si vero tunc festos dies Sandorum celebrare haud fas erat, multo minus de Sanctis Missam consecrare, cum haec praecipitur sit cultus, quem illi Christiani exhibere possunt. Eodem etiam pertinet, quod in S. Hieronymi comite, seu lectionario, nulla lectio atque in B. Gregorii antiphonario nulla antiphona continetur ad ecclesiasticum quadragesima dierum officium spectans, quae Sandorum mentionem faciat; cum omnium dierum alicui Divo sacrorum, qui in alia tempora incidunt, statas tum Lectiones, tum antiphonas in his expressas legamus. Atque ut aperius hoc sit, ad eadem Martini testimonium relatum in cap. 1. notat, 22. q. 4. ubi ita cavetur: Non licet in quadragesima natales Martyrum celebrare, sed tantum in sabbato, & Dominico, pro commemoratione eorum oblationes offerre, sed natalitia, nec nuptias liceat in Quadragesima celebrare. Quae verba illius moris adeo plena sunt, ut qui in dubium vocare velit, plane amens sit. Quem canonem late exponit Piles. de Quadrages. c. 12. S. Vigil. Pont. ep. 1. c. 5. in illis verbis: Quoties vero Paschalis, aut Ascensionis Domini, vel Pentecostes, & Epiphania, Sandorumque Dei fuerit agenda festivitas, singula capitula diebus apta subiungimus, quibus commemorationem sanctam solemnitatibus, aut eorum faciamus, quorum natalitia celebramus. Imo si duo Sancti in eadem die celebrandi etiam, duplex Missa legebatur, ut probat Viacom. d. lib. 3. c. 7.

Ultra Missas illas festi diebus, & temporibus statutas, erant aliae votivae, quae ita dicebantur, quia pro sacerdotum voto recitabantur, de quibus Constantinus Presbyter in vita S. Germani Episcopi, titulo Alifiod. c. 16. ubi: S. Episcopi Peregrinus, & Amator, prius quam discedat, Missas sicut votivas celebrari. Earum autem duo erant genera: aliae certum diem habebant, aliae vero quoties die celebrari poterant, prout sacerdotis voluntas, aut necessitas tulisset. Ad primum genus Missarum votivarum spectant Missa de Angelis, de Trinitate, & Sapientia, quae feria celebrabantur. Micrologus in d. serv. Eccl. c. 60. ubi: Sciendum autem, quemdam Albinum Magistrum Caroli Imperatoris, rogatu Bonifacii Archiepiscopi, ut aiant, Missales orationes de S. Trinitate compoluisse, & in secunda feria de Sapientia, in tertia de Spiritu sancto, in quarta de Charitate, in quinta de Angelis, in sexta de Cruce, in Sabbato de S. Maria. Prosequitur late Viacom. d. lib. 3. ex c. 16. usque ad 22. Ad secundum genus Missarum votivarum pertinet Missa pro aliqua necessitate, seu molestia instituta, veluti pro bello averendo, paceque impetranda, pro frugibus terrae, pro pluvia postulanda, aut pro tempestate repellenda, de quibus agit idem Viacom. d. lib. 3. ex c. 22. usque ad 25.

Unde apparet ratio praesentis textus, nam cum ita sedulo Ecclesie PP. singulis diebus Missas proprias, & peculiare prescripterint, & statuerint; non licet sacerdotibus propria voluntate, aut pro audientium libro Missam propriam diei omittere, & aliam recitare horis canonicis incongruam, & non consonam. Unde D. Carolus in suis actibus Mediolani. diligenter monet, ut eam quae presbyter celebrat Missam, quam cum sacro penso divinarum laudum maxime congruat; quas constitutiones si in mentem revocarent nonnulli sacerdotes nunquam eo temeritatis delibarentur, ut sacrum fanebre, vel aliud simile, etiamsi nulla Ecclesia requirit necessitas, facerent.

multis ferme diebus celebrarent, turpi cupiditate celeriter abfolvendis Missas, ut ad negotia facularia se converterant. An vero peccet, qui neglecta propria Missa ipsius diei, aliam celebrat, disparat Moralitate; & communter placet, curandum esse, ne fiat: si tamen salvo contempu, & absque animo introducenti novum ritum id fiat, peccatum veniale committitur propter violationem rubricae Missalis. Tamburin. de sacrif. Missar. lib. 3. §. 1. c. 6. Licet eo etiam calu improbabili teneat Suarez de sacram. disp. 83. §. 2. nec peccatum veniale committi. Nec tandem obstat dubitatio ratio supra adducta; nam non recte loquitur ex eo, quod quis non recitatur ad aliquod peragendum, illi licet illud facere quomodo velit, quis enim dicit: Non teneor die profecto sacrificio Missae interesse: ergo sedens, & incompositus, aut sine attentione interesse possum. Nec obstat augmentum ipsius dubitandi rationis; nam id procedit in Missis votivis, quae ex iusta causa dici possunt, omittis propriis ipsius diei, de quibus supra agit. Non tamen inde inferatur, pro libro celebrantis, vel augmentum posse Missae sacrificium mutari, ut etiam ex specialis privilegio ab aliquibus piis viris factum legitimus; nam scribit Casuprat. lib. 2. §. 2. c. 2. Sacerdotem, qui tempore de B. Virgine factum faciebat, cum esset a S. Thoma Cantuariensi suspensus a Missae celebratione, iussu Deparaz fuisse restitutum, & devotum hunc servare permisum. Simile est, quod refert Sebast. Rovinari, c. 9. Parthenias, n. 30. Rufus apud eundem Casuprat. lib. 2. §. 2. n. 14. alius qui tempore pro defunctis sacrum faciebat, cum aequo ab Episcopo jaberetur ritui praescripto parere, divino vii interveniente permisum est pergere. Affine est, quod ex Petro Gluniae, refertur Auditor Lavacri consensio cap. 5. Chynericus ad Iteum proxima addidit Casuprat. qui libidit, propter paucorum privilegia non esse recedendum ab exactissima dispositione Ecclesiae.

Sed supra traditis obstat textus, in hoc attendendum, de consecrat. disp. 1. qui tribuitur D. Greg. in libro Capituli, c. 2. ubi refert Viacom. lib. 3. de Missarum, c. 6. §. 1. a Barcardo vero lib. 2. de sacra. c. 59. Carnostius §. 2. c. 119. citatur ex D. Augusti sed rectius jam novavit Filicenus de consecrat. c. 4. §. 2. reatum il. nam esse Theodolphi Auzi Episcopi, qui fuit imperante Ladov. Pio, in ep. ad Praepositos, seu parochos, Auzi, in illis verbis: Et hoc attendendum est, ut Missa peculiaris, quae in diebus, seu in quolibet festivitatibus a sacerdotibus fiat;

non ita publice fiat, ut per eas populus a Missarum solemnibus, quae hora tertia canonicè sunt, abstrahatur. Ex quibus aperte deducitur, diebus Dominicis, & aliis festivis licere presbyteris peculiare Missas celebrare. Pro cujus textus expositione sciendum est, inter alias Missarum divisiones, illam praecipue dari, quod alia sunt Missae publicae, in quibus publice, & solemniter populus convenit, alia privata, seu peculiare quae a presbyteris sine plebis conventu celebrantur. Priores non nisi hora tertia, & in Ecclesia parochiali, ubi populus diebus Dominicis, & festivis olim convenire debebat, iuxta tradita supra in re, ut Dominici, de parochia, celebrari valebant, de quibus agit in can. 6. Conc. Africani, ubi: Nos licet presbytero in publica Missa quovisquam recitatore. Et eas vitandae turbae, & strepitus lemendi causa fieri prohibuit in monasteriis Greg. Magnus in Conc. Later. celebrato pro quiete & libertate monachorum, in illis verbis: Missas quoque publicas in cenobis fieri omni modo prohibemus, ne in servorum Dei recessibus, & eorum receptaculis alia popularis conventus praebatur occasio, quia non expedit animabus communi. Facit, Carnot. ep. 108. ubi: Donique si caulam hujus accedentis requisiras, constat manifeste inde, quod incurrendae scilicet Apostolicae decreto, non potest Turonensis Archiepiscopus in majori monasterio publicas Missas celebrare. Peculiariter vero Missae, quae privatim dicebantur, nec non adstrahat a Missa parochiali, ubi convenire debebat. Quod acceratur tantum licet in Conc. Sanoenensi celebrato temporibus Francisci I. ubi can. 15. ita legitur: Item ne populus distringat a Missa can. 15. ita legitur: Item ne audirent mandatum Dei Ecclesie, prohibemus ac in capellis ab antiquo etiam Episcoporum auctoritate fundatis, alia Missae celebrantur, quam illae, quae de fundatione extiterint; & si quae sint missae, quae ex tenore fundationis diei debeant de Dominico, non dicantur nisi post Missam parochialem. Non enim in dictione agi Theodolphus de Missis peculiaribus eo sentit, quod in praesenti Missae peculiariter accipiuntur pro diversis Missis ita tractatis peculiariter illis diebus, sed pro Missis privatis peculiariter a presbyteris celebratis absque populi conventu, de quibus plura adduxerunt Suarez adversus Regem Angliae lib. 2. cap. 16. Landrev. lib. 2. de veteri cler. c. 82.

Opponi etiam potest text. in c. significatum, de prob. iudicis ubi add. dicitur.

C A P U T III.

Innocentius III. a Vorigonien. Episcopo.

Consulisti nos, utrum presbyter duas Missas in eadem die valeat celebrare. Super quo tibi duximus respondendum, quod excepto die b. maritavis Domine, nisi causa necessitatis inuadeat, sufficit sacerdoti semel in die unam Missam solummodo celebrare.

NOTAE.

Vorigonien. Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. c. 1. de diecent Vorigonien. nonnulla novavi in c. 9. de elec. De diei celebrandis Dominice. De cujus solemnitate egi in c. 6. de feris. Iner privilegia autem hujus magis dies illud praecipuum est, ut lo eo tres Missas a quolibet presbytero celebrantur, post D. Thomam 3. p. q. 83. art. 3. ad 2. tradunt Sotus in 4. dist. 13. q. 2. art. 3. Valg. 3. p. in 3. part. disp. 231. c. 5. Suarez in eadem parte, disp. 80. §. 3. Viacom. ubi supra, de veteri Missa, lib. 3. c. 26. Sever. Binus in notis ad Theodorum Papam, tom. 1. p. 1. Gonzi. Silveo in notis, c. 37. A quo tamen Pontifice haec triam Missarum solemnitas facta fuerit, non satis constat apud interpretes. Severinus Binus ubi supra, existimat auctoritate Theophori Papa, relatu in cap. note 48. de consecrat. ubi: si illi constitutum fuisse, quia in eo textu ait Theodorus: Quae Missa celebrari posse vulgo receptum fuit; quibus verbis tres Missas celebrari posse vulgo receptum fuit; quae pluralis appellatio in tribus verificatur, 1. q. de officio ne legat. leg. ubi numerus, ff. de iustis, Sed haec sententia non placet: tum quia summi locutio etiam in singulari verificari videtur, §. 1. familia, ff. de ea, §. 2. armat. tum quia Theodorus in d. c. note, non tam solemnem trium Missarum solemnitatibus quam ut presbyteri in eadem nocte Missas celebrant, ut dicitur Valquez d. c. disp. 232. q. 2. n. 21. quod praecipuum cum impoeretur omnibus presbyteris, necessario plurali verbo utendum erat. Nec in praesenti textu, ubi de eadem solemnitate agitur exprimitur autem Missarum, nec auctor hujus solemnitatis, seu concessiois. Quare verius credo, Theodorum Papam, qui Ecclesiam regit ex anno 124. hanc solemnitatem trium Missarum, ut tradit D. Greg. in homilia de nativitate Domini, Vualfrido Strabo de reb. Eccl. cap. 21. ubi: Theodorus in, in ordine canonica ubi Episcopus, in natali Domini tres Missas celebrari instituit. Et licet ea constitutio non extet; tamen ab eo: tunc receptum est in Ecclesia, ut in hac magna solemnitate tres Missae a quolibet sacerdote celebrantur. Hujus autem privilegii, seu solemnitatis rationes duas afferunt Interpretes. Penam, ut ita per tres Missas tres mundi status significetur. Primus legis naturae, qui dicitur a mundi creatione usque ad Moysen: secundus legis scriptae, qui permansit a Moyle usque ad Christi mortem;

tertius status legis gratiae, quae a Christo Domino cepit, & usque ad consummationem saeculi permansit. Hugo a S. Victor lib. 3. de specialibus Missar. obsor. c. 5. ubi: Ante legem, & sub lege Christus in figura jam immolatur; unde ut pro commemorationem figurantem veritas probabiliter existat, semel in anno, scilicet in nativitate Domini, constituit Ecclesia inra natalis diei ipsarum tres Missas celebrari: primo in nocte, secundo sub aurora, tertio de die. Tempus ante legem quasi nox fuit, nec lege, nec Prophetae, nec alia praedicationis lege illustratur. Tempus sub lege quasi aurora fuit, nec penitus carens lege, nec pleurum eam habens. Tempus gratiae diei pleno comparatur. Prima Missa tempore ante legem, secunda in statu in figura praesentis: in tertia Missa tempore ante legem, secundam rationem adducti D. Thomas 4. 2. q. 7. q. 33. art. 2. ad 2. quia triplex nativitas in Christo Domino considerari potest. Prima aeterna, quae Verbum a Patre generatur; iuxta modum quem exponit Bellarminus tom. 1. secundum lib. 7. de Christo, c. 9. & ff. Secunda carnalis, quae natus est concubito carum ex B. M. V. Tertia spiritalis, quae quotidie spiritaliter nascitur in cordibus iustorum, quos illuminat viva fides, ut dicitur in ep. 3. D. Petri, c. 1. Christus nascitur tanquam Lucifer in cordibus nostris. Ad has igitur tres nativitates celebrandas cum debita gratiorum actione triplex sacrificium offerri a quolibet sacerdote Ecclesia instituit, scilicet ut nativitas secundum carnem celebratur per Missam, quae media nocte dicitur; nativitas spiritalis, quae illuminat hominum corda per Missam in aurora dictam significatur; denique generatio aeterna per tertiam Missam, cui praescriptum est Evangelium D. Joan. quod incipit, in principio erat verbum. Dicitur turque die, propter illud Ps. 109. In splendore sanctiorum genitum te. Unde cognoscitur, quod olim, non quemdammodo nunc a plerisque sacerdotibus est, una alia Missa sollemnitate, sed sicut in praecipuis Ecclesiis, quae Canonorum collegio insignita sunt, servari solet, una media nocte, altera prima luce, tertia summo die consecratur, ut probat Viacom. d. 4. 3. volum. 3. c. 27. De his tribus Missis plura alia adducunt Diana p. 111. et c. 2. resp. 43. Tambur. l. 1. de Missa, c. 6. §. 3. n. 6. P. Henao col. 174. disp. 27. §. 3.

Causa necessitatis. Nec tunc exprimit Innocentius, an duas, vel tres, seu quatuor Missas dicere liceat; licet canon

BIBLIOTECA CENTRALIA  
U. A. M. E.



fulatio Episcopi Volgentensis esset, utrum duas tantum una die celebrare liceret: idem placuit Didaco a Tapia q. 11. de Eucharistia art. 5. Suario de Sacram. disp. 80. sect. 3. Petro de Leclercq. art. 19. de Euchar. contra Gregorium Lopezium in l. 50. tit. 4. p. 1. & alios congestos a Cenedo ad Decret. collat. 175. n. 4. quod si fuerit causa necessitatis, fas erit celebrare non tantum duas, verum & tres, aut quatuor Missas, requirit quidem maior causa ad tertiam, quam ad secundam; ad quartam, quam ad tertiam. Causa autem necessitatis, in quibus uni sacerdoti liceat in eadem die duas Missas celebrare, assignaverunt Moralitz, sed non omnes sunt amplectendi. Primo affirmant nonnulli, ob paupertatem sacerdotis licere illi in eadem die bis celebrare: sed satis expresse casus hic rejicitur ex capitulo, sicut de consuet. dist. 1. ibi: Quia vero pro paupertate, aut adulationibus secularium (legi oblationibus) non dicitur presbiteri plures celebrare Missas, non existimo evadere donationem. Secundum causam assignant Moralitz, cum post peccatum Missa sacrificium advenit Princeps; Episcopus, aut multitudine peregrinorum in die festo. Sed etiam hanc causam rejiciunt post Vasquez Tamburini, de Sacrif. Missae, l. 2. c. 6. §. 3. P. Henao eod. titulo, l. 2. disp. 22. sect. 4. Et certe casus hic metaphysicus est; nam si predictae persona advenit antequam sacerdos sumat speciem ipsas panis, & vini, facilius erit iterum recitare Missam, quam aliam dicere: si autem post sumptas species, & ablationem, quia sacerdos iam non est in quo ob necessitatem infirmo ultimo languore depresso, ut viaticum accipiat, conceditur antiqui secundam Missam celebrare, tunc Tamburini ubi supra, sed illum casum doctus explicat, & defendit P. Henao ubi supra. Primus ergo casus, in quo ob necessitatem licet duas Missas celebrare: in eadem die, datur cum unus parochus regit duas Ecclesias diversis in locis, tunc enim in quolibet eorum debet Missa sacrificium in diebus festis celebrare. Conc. Emerit. can. 49. ibi: In parochiis multae sunt Ecclesiae constitutae, quae a fidelibus factae, aut paucis, aut nihil de rebus videntur habere: sacerdos autem cum adeo magnus est populi concubus, ut Ecclesia eum recipere non possit; ad quem casum probandum licet communiter adducatur ep. 81. Leonis I. cujus pars refertur in c. necesse est, de consuet. dist. 1. his verbis: Quod autem in omnibus observantia nostra concordat, illud quod volumus constituti, ut tam solemniter festivitatem conveniunt populi numerosissimi, & ad eam tanta multitudo convenit, quam recipere basilica simul una non possit, sacrificii oblatio indubitanter iteretur, ne his tantum admissis ad hanc devotionem, qui primi adveniant, videantur hi, qui postmodum confluxerint, non recepti, cum plenum pietatis aequo rationis sit, ut quotiens basilicam, in qua agitur, praesentia nova plebis impleverit, totiens sacrificium subsistentem offeratur. Necesse est autem, ut quaedam pars populi sua devotione privetur, si unus tantum Missa more servato, sacrificium offerre non possit nisi qui prima die parte convenierit. Verus tamen credo, Pontificem in eo textu agere de iterando sacrificio Missae in eadem Ecclesia, sed non ab eodem sacerdote. Olim enim in una Ecclesia, ad uno altari una Missa tantum celebrari poterat. Conc. Alford. can. 10. ibi: Non licet super uno altario in una die duas Missas dicere. Auctor libri Pontificalis de Pontifice Desubedit ita ait: Desubedit constituit secundam Missam in Clero. Ubi Schiastel addit: Quia tunc ad istam Graecorum non cantabatur in una Ecclesia, nisi fortis una Missa, quod magis adhibetur secundum antiquos. Quae consuetudo apud Graecos dicitur invaluit, teste Bartholomaeo Georg. in libello de ritibus Graecorum, ibi: In magno numero sacerdotum, non nisi unus in eadem Ecclesia facit Missam ubi; reliquis pro ministris gerunt. Et apud Moscovitas, relictae sigillatim, in templis unicum est altare, & in dies singulos unicum quoque sacrum faciendum putant; imo & apud Latinos in cenobitarum Ecclesiis una tantum Missa offerretur, etiam tempore B. Francisci, ut constat ex epistola ipsius ad sacerdotes sui Ordinis, ubi ita ait: Monco praeterea & exhortor vos in Domino, ut in locis, in quibus morantur fratres, una tantum celebraretur Missa in die secundum formam S. Romanae Ecclesiae. Si vero in loco plures fuerint sacerdotes, sit per amorem charitatis alter contentus audire celebrationem sacerdotis alterius. Ubi notanda sunt verba illa, secundum formam Romanae Ecclesiae, quae non ad universalem Ecclesiam morem, sed ad singularem cenobitarum ritum referre oportet. Quoniam longe ante S. Franciscum plerique in Ecclesiis plures Missae una die celebrari ceperant, ut exposit Vicecomes vel. 3. de ritibus Missae, l. 3. c. 29. Nec audiendus est Basilus Legion. q. 3. scholasti. in d. can. 10. Cui. Alford. qui canonem illum ad praesentem prohibitionem de duabus Missis non celebrandis ab uno sacerdote in eodem die refert. Unde Leo Pontifex in d. c. necesse, ob multitudinem plebis dispensandum censuit, ut in una Ecclesia iteraretur sacrificium Missae a diversis sacerdotibus. Minus audiendum fuit, qui iustam causam celebrandi iterum ab eodem sacerdote existimant, quando defunctus est tumulandus; nam licet olim ex causa liceret iterare sacrificium Missae, ut probavi in c. 1. h. 2. tamen mos ille, qui duravit usque ad tem-

pora S. Norberti, teste Laurentio Landmeter. l. 2. de veteri cler. c. 82. in defunctum abiit. Unde aut iuxta veterem illum morem defuncti sunt Altonius Rex in leg. 54. tit. 4. p. 1. D. Thomas 3. p. q. 80. art. 10. ad 2. ibi: Sicut etiam in alio diebus, in quibus observantur plura Dei beneficia, vel recedenda, vel expensenda, plures Missae celebrantur in die, puta una pro festo, alia pro ieiunio, vel pro mortuis, &c. Vel accipiendi funt de iterato sacrificio, non ab uno sacerdote, sed a diversis. Prosequuntur alios casus aequalis necessitatis, vel similibus, Tamb. & Henao ubi supra, Hieronymus Garcia in summa, tract. 3. dist. 2. dub. 5.

COMMENTARIUM.

Plures Missae eadem die celebrari ab uno sacerdote, iure divino, aut naturali prohibentur non est, ut probat P. Vasquez 3. p. in 3. p. dist. 232. c. 1. n. 42. Non enim repugnat naturae sacrificii, ut saepius ab eodem ministro offeratur, nec lege divina prohibentur, ut repetatur. Quare olim propter sacerdotum inopiam, cum pauci ad sacrum presbyteratus, gradum ascenderent, quilibet in eodem die plures Missas celebrabat, ut constat ex Conc. Tolitano 12. c. 5. transscripto a Gratiano in c. relationum 21. de consuet. dist. 2. ubi non reprehenduntur sacerdotes, quia saepius in die celebrabant, sed quia in omnibus Missis non communicabant: & in Canonibus Concilii Triburienfis laudatur Leo Pontifex, quia septies, vel octies, noviesque eodem die Missam offerret. quod & refert Vualfridus Strabo de rebus Ecclesiae, c. 22. dum inquit: Iudicium relatione virorum ad nostram usque pervenit notitiam, Leonem Papam, sicut ipse fatebatur, una die septem, vel novem Missarum solemniter celebrasse. An tamen si Leo fuerit primus, vel tertius, examinat P. Henao de Sacrif. Missae tom. 1. dist. 22. sect. 2. & in Conc. Salsburg. celebrato anno 1022. can. 7. cavetur, ut uniusquisque presbyter in una die non amplius quam tres Missas celebrare praesumat. Sed aucto deinceps paulatim presbyterorum numero, contrarius mos invaluit, videlicet ut uno die duam, aut una Missa celebraretur, praeterquam in praecipuis aliquot anni celebratibus, c. sicut de consuet. dist. 1. Odo Parisiensis Synodice, can. 6. 3. ibi: Nullus vis in die Missam audiat celebrare, aut cum duplici introitu, nisi in magna necessitate. Idem cautum fuit in praesenti textu, & in c. de rebus, infra h. t. Conc. Londini. anno 1200. Oxon. anno 1222. tempore Honorii III. celebratum; Ad hae dum maximus statuendum districte, ne sacerdos quispam Missarum solemniter celebrat bis in die, excepto die Nativitatis & Resurrectionis Dominice, vel in exequiis defunctorum, videlicet cum corpus altius in Ecclesia eodem die fuerit tumulandum; & tunc prior Missa de die, posterior vero de defuncto celebratur. Hic notandum, quod in quibusdam presbyteris prohibentur, ut nisi unam Missam, aut duas, in eadem die, a iure concessis, in die cantare, aut legere, cum sacrificii celebratione praesumat. Rationem, aut tempus Clementis VIII. subripit. Cum iuxta canonicas functiones unicuique sacerdoti, quantumcumque digno, unam tantum Missam in die sacrificii celebrare, & valde felix sit, qui Missam celebrat unam, districte prohibemus, ne quis de cetero nisi unam tantum in die celebrat Missam, nisi in casibus a iure permittis, Telet, anno 1324. tempore Joannis XX. can. 7. Nullus in super absque causa necessitatis, excepto die Nativitatis Domini, praesumat nisi unam Missam celebrare in die. Telet, anno 1324. tempore Joannis 23. p. 2. Cum enim institutum sit sacrificium Missae in memoriam Dominice passionis, Christus autem semel passus sit, non debet bis in una die ab eodem sacerdote offerri. 3. Accedit, nam sacerdos sua tenuitatis concilii, majori quam patet beneficio se ornatos existimare debent, si Dominici corporis fenum in die conficiendi poterat illis sit. Illustrat Saussy in Panoph. sect. 4. p. 2. l. 2. c. 10. art. 2. §. 2. Vasquez 3. p. dist. 222. c. 5. Suarez, & alii Moralitae apud Hennum d. c. 1. dist. 22. sect. 1. Prado de Euchar. q. 83. dub. 16. §. 4. Theoph. l. 2. in tractatu spiritus sancti, l. 1. fol. 6. Menard. ad Sacram. D. Gregorii, l. 1. c. 167. Salcedo in practica, c. 25. Pet. Greg. l. 1. p. 1. c. 9. c. 7. & lib. 4. tit. 6. c. 2. Landmeter. l. 2. de veteri monach. c. 24. Coriolanus in legationibus anno 140. Crellius l. 3. Nisus, cap. 28. sect. 3. Loaysa in notis ad can. 5. Conc. Tolent. Darius ad dist. 1. de consuet. D. Fr. Alfons. Vasquez a Miranda, Abbas S. Anastasiae, de suspensione ad Sacramentum pro ritibus Missae dicendis in die commemorationis Defunctorum. Fuit vero olim usitatum, ut non solum in die natalis Christi Domini, de quo supra egi, verum in aliis festivitatibus, ut resurrectionis Domini, SS. Petri & Pauli, S. Joannis plures Missae celebrarentur, constat ex Strabone de Eccles. offic. c. 21. ibi: Romanorum usus habet duas, vel tres interdu unus solemniter faceret Missas, ut in Nativitate Domini Salvatoris, & aliorum festis Sanctorum; & revera non esse abudandum crediderim, si dum plures in una die faciendi sunt Missae, unus sacerdos duas, vel tres necessitate, vel voluntate persuadente, celebret potius quam quosdam dimitrat. Ad hoc accedit, quod totius usus Ecclesiae habet saepius Missas agere pro vivis, pro defunctis, pro elemosinis, & aliis diversis causis: quod etiam officia huius attributa exprimat. Et licet auctor ibi peculiari Sanctorum dies non exprimat, in quibus plures Missae celebrantur, tamen id ex aliorum testimonio probandum est. Et primo in nocte resurrectionis Dominice duas Missas celebrari, ex Fortunato, & Albino Flacco probat Vicecomes d. l. 3. c. 28. In comite autem sine lectio-

ario S. Hieronymi, ubi diei S. Petri sacri mentio fit, Lectio una, Evangeliumque legitur placet distinctum ab iis, quae B. Pauli solemnibus adscribuntur: quod evidenti argumento est, duas Missas eorundem Sanctorum natali die confici solitas esse. Cuius rei simile argumentum colligere licet ex B. Gregorii antiphonario, diversam Missam antiphonam utriusque sancto praenotatis: quod ipsum facit licet Sacram. dum B. Petri Missa orationem aliam, aliam S. Pauli enumerat. Idem S. Greg. eod. lib. antiphonarum, Missarum quae die festo S. Joannis Apostoli conficiuntur, mentionem faciens, primam, & secundam nominat. Quare clare significat, duas eo die Missas peractas esse, Gregorii verba haec sunt: Sancti in prima Missa antiphona: Ego autem sicut scribit, &c. In secunda antiphona: In Medio Ecclesiae. Liber etiam Sacramentorum orationem unam, quae abscedente die, alteram, quae plena luce recitatur, enumerat, ad duplicem hanc eisdem diei Missam alludens: VI. inquit illi. Kal. Jan. idest 27. die mensis Decembris, natalis S. Joannis Evangelista. In primo nate: Deus qui per S. B. Apostoli sui Joannis, &c. In die: Ecclesiam tuam Dominus, &c. Quae Gregorii testimonia ad utramque Missam demonstrandam pertinent. De Missa vero, quae prima luce offerretur, praeter Rudolphum Tangensem c. 23. meminit Amalaris Fortunat. de Eccles. offic. l. 4. c. 2. his verbis: Similiter habemus officia constituta in festivitate Joannis Evangelista, & Joannis Baptista primo diluculo: qui utriusque ex utero matris, id est ab accepto lumine huius mundi, in semetipsis sacrificium singulare quoddam Deo obtulerunt. Joannes Evangelista obtulit ab initio huius laicis virginis sacrificium: Joannes Baptista sacrificium abstinentiae, qui nec vinum bibit, nec siceram, & Nazareus permansit omni tempore. Hae ille, quae ut S. Joannis Apostoli duplicem Missam ostenderemus, allatae sunt in medium. Verum si recte considerantur, insuper declarant in B. Joannis Baptista natalis veteres sacramentum liturgiam Deo bis obtulisse. Ducimus autem argumentum ex eo,

quod vox, similiter, copulanda est cum verbis superioribus, quibus plures Christi nati Missas ostenderat, sicut cum consentibus locum perspicuum est; & quia ibi appertenti diei Missam recitet, praeter quam alia quoque celebratam esse, adducit ut credam, tum propter Sancti illius dignitatem, & excellentiam; tum praecipue quia solemnioribus anni diebus hora tertia Missae celebrantur, ut alibi ostensum est. Sed cur conjecturas sequor, dum aperta testimonia superant? Innumerae sunt auctoritates, ex quibus id elici, probareque possit. Sed ego illustrioribus tantum immorabor. In Lectionario quidem S. Hieronymi, dum B. Joannis Baptistae recitentur, haec scripta sunt: in vigilia S. Joannis Baptistae Lectio Hieremiae Prophetae, &c. Evangelium secundum Lucam. Item alia lectio in prima Missa Isaiae Prophetae, &c. Evangelium secundum Lucam, &c. Item in die sancto Isaiae Prophetae, &c. Evangelium secundum Lucam, &c. Ordo Romanus de divinis officiis, ibi: In natali S. Joannis Baptistae ideo tres Missae celebrantur, id est una in vigilia eiusdem, duae in die Nativitatis eius, quia tribus triumphis refulsit insignis, id est officio Praecursoris, Baptistae ministerio, & quia Nazareus ex utero matris permansit. Probat, & ita explicat Mepes in Chron. Benedicti, centur. 5. anno 955. Barovius in Martyr. die 24. Junii, Vicecomes de Missa ritibus, d. l. 3. c. 28. etiam aliter praedicta testimonia accipiant Azor t. 2. l. 1. c. 25. q. 1. Theophilus Raynaud. tom. 10. tract. de gladio & pileo, fol. 590. Hodieque in regno Valentiae sacerdos bis in die commemorationis Defunctorum Missam celebrare, refert Trullench in eodem regno scribens, l. 3. de Sacram. can. 8. dub. 10. n. 3. Sacerdotes ergo extra casum in iure permittis celebrantes graviter puniri per Inquisitores haereticae pravitatis, ad quos pertinet huius delicti puniitio, ex Alfonso de Leone refert Hieronymus Garcia de excell. sacra. dist. 2. dub. 5. numer. 2. Quintanadennas t. 1. singular. tract. 4. singul. 10. n. 4.

C A P U T IV.

Idem Archiepiscopo a Bracharensi.

Consilium nostrum, b Et infra: Insuper requisisti, utrum in diebus c profectis, in quibus d ad honorem Sancti Spiritus, Beatae Virginis, & S. Crucis celebrare contingit, Hymnus e Angelicus, f Symbolum, ac g Praefatio propria debeant decantari, praesertim cum in partibus tuis in honorem Beatae Virginis in sabbatorum diebus Missa solemniter celebratur. Ad quod utriusque respondeamus, quod apud nos in diebus profectis, cum Missarum solemniter in honorem Beatae Virginis, neque Hymnus Angelicus, neque Symbolum decantantur: licet in Missa propria Praefatio decantetur, ut inter commemorationem, & solemnitatem differentia ostendatur. Unde b Te Deum laudamus, regulariter dimititur, quam dicitur in Laudibus matutinis.

NOTAE.

- 1 a Bracharensi. ) Ita etiam legitur in 3. collectione, sub h. l. c. 2. De Bracharensi Lusitanica Metropoli plura adduxi in c. canonis, de in dote, restit.
- b Et infra. ) Alia pars huius textus extat in c. consilium, de observ. ieiun.
- c Profectis. ) Sicut festi dies dicuntur illi, qui Deo dicati sunt, ita profecti appellantur illi, in quibus laborandum est. Macrobius l. 1. Saturn. c. 16. ubi ait: Festi die sunt. Dicitur dicitur: profecti hominibus, ab administrandis non privatione, publicanque concessi. Nonnulli Marcellus eos appellat a festivitate vocatos. Unde Plautus in Aulular. actio 2. sen. 5. ait: Festi die si quis profectus profecto agere licet, nisi petierit. Vulgo nos ferias dicimus, ut jam notavi in c. 1. de reg. & pace, & exponunt huius vocis etymologiam Cirionus in c. 2. h. 1. Vicecomes de ritibus Missae, volum. 3. l. 3. c. 10.
- d Ad honorem. ) Ex voto videlicet ipsius celebrantis vel illius qui audit: ut de quibus Missis votivis egi jam in c. 2. h. 1. c. Angelicus. ) Gloria videlicet, ita dicitur hic hymnus, quia per Angelos compositus, & decantatus fuit in natali Domini nostri Iesu Christi, Luca c. 2. v. 14. Ideo ab Apostolorum tempore semper in Missis festivis dicitur, c. notis, de consuet. dist. 4. tractatus Amalaris Fortun. l. 3. c. 8. Rupertus l. 2. c. 21. Omititur autem diebus feriarum, & vigiliarum, ne in diebus plantatus, & tristitiae gloria memoria resonet, exceptis tamen vigiliis intercedentibus a Pascha Resurrectionis ad Pentecosten, ex ratione adducta in l. gemma animae, lib. 3. c. 85. In Ecclesiis autem Bethleemitanis, quia ibi ab Angelis decantatus fuit hic hymnus, in omnibus diebus, etiam feriatis dicitur. In Missis etiam votivis, cum officium dicitur feriale, & in Laudibus omittitur Te Deum laudamus, non dicitur hic hymnus, ut in praesenti statuitur, & docent Herrera de ceremon. Missae, l. 2. c. 6. Suarez 3. p. de Sacram. dist. 83. sect. 1.

Gauicetus de festis Sanctorum, l. 4. de Missis votivis c. 22. P. Henao c. 5. de Sacrif. Missae, dist. 28. sect. 3. In domo antea Laureana etiam in Missis votivis B. Virginis Mariae dicitur huiusmodi hic privilegio, quod refert Herrera ubi supra.

f Symbolum. ) Cuius etymon, & auctores retuli in apparatu ad haec commentaria. Dicitur in Missis solemnibus, quas enumerat P. Herrera de ceremon. Missae, lib. 2. c. 22. unde in feris & aliis minoribus festivitatibus non recitatur; quare recte in praesenti Innocentius docet, in Missis votivis symbolum hoc non recitari.

g Praefatio. ) Canticum hoc, quod dicitur Praefatio, iam a temporibus Apostolorum adjectum fuit in sacrificio Missae, ut constat ex D. Clemente l. 8. consuet. c. 16. & ex Liturgia S. Petri, quae extat t. 1. Biblioth. Graeco-Latina, imo olim pro omnibus Missis diversa praefatio erat a piis viris composita: & quia haeretici aliquas praefationes corrumperant, cautum fuit in Conc. Carthag. 2. can. 23. Milevit. can. 22. ut tantum ex praefatio cantaretur, quae ab Ecclesia esset approbata. Novem praefationes suo tempore usitatas fuisse refert Gelafius in exp. inventum, de consuet. dist. 1. & temporibus Urbani II. per annos 1095. ex praefationibus compositis a Gelasio desumpta fuit praefatio B. Virginis Mariae, quam refert Herrera d. lib. 2. c. 26. Illud summe notandum est, quod licet in Missis ferialibus, & votivis Hymnus Angelicus & Symbolum Apostolorum omittatur; tamen Praefatio in omnibus Missis recitari debet, ut cautum fuit in Conc. Valenti 2. can. 4. ibi: In omnibus Missis, five matutinis, five quadragesimalibus, five in iis, quae pro Defunctorum commemoratione fiunt, Sanctus, sanctus, sanctus, eo ordine dicitur, quo ad Missas publicas dici debet.

h Te Deum. ) Haec verba non extant in dicta tertia collectione, verum autem est, hoc canticum a Sancti Ambrosio, & Augustino compositum, non dici in officio feriale, quia hoc officium non laetitiam, sed luctum, & poenitentiam continet.

C A P U T V.

Idem Clericis S. Petri de a Magdalon.

EX parte vestra. Et infra: Insuper postulatis, quomodo sacerdos in Missa perfundere debeat, per litteras Ap. edoceri. Ad quod taliter respondeamus, quod semper sacerdos vino perfundere debet, postquam totum perciperit Eucharistia sacramentum, nisi cum eodem die aliam Missam debuerit celebrare, ne si forte vinum perfusionis acciperet, celebrationem aliam impediret.